

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1219 - 1220

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

R[einhardus] majoris Argentinensis ecclesie prepositus, B[ertholdus] decanus, F[ridericus] cantor, Ou[lricus] scolasticus, L[udewicus] et R[udolfus] choriepiscopi, H[ermannus] portarius ejusdem ecclesie; Heinricus et L[udewicus] nobiles viri de Lichtenberg; Walterus de Argentina, A[lbertus] et W[ernherus] Begere, D[iethericus] Stehelinus, D[iethericus] burcgravius ministeriales; Fridericus Dispensator, Burchardus de Ehenheim, Erbo judex, Sifridus minister fratrum et alii quam plures.

*B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 37 or. mb. c. 2 sig. pend. Abgefallen das Siegel des Vogts.  
Gedruckt bei Schöpplin Als. dipl. I, 337 nr. 413 nach einer alten Copie des ehemal. Straßb. bischöf. A.*

10 181. *Bischof Heinrich von Straßburg verpflichtet sich eidlich gewissen Zusagen des Domcapitels, der Ministerialen und Bürger von Straßburg gegenüber, weder die Straßburger Vogtei je in die Hand eines fürstlichen Geschlechts zu geben, noch der Straßburger Kirche gehörendes Vermögen im Werthe von über fünfzig Mark zu veräußern. 1220 Januar.*

15 Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego Henricus divina miseratione Argentinensis episcopus dispendiis ac persecutionibus ecclesie mee passim imminentibus obviare cupiens, juxta tocius capituli mei consilium et deliberationem studiosam, consensu nicilominus tam ministerialium quam civium nostrorum accedente pariter et voto, secundum communem inter nos conventionem simul et pactionem initam id ipsum sollempniter ac publice scripto presenti pariter protestantes,  
20 ut cuilibet ipsum infringere volenti queat semper efficaciter obviare, in persona quidem mea primo loco corporali sacramento interposito me fideliter ac firmiter astrinxi, quod specialiter advocaciam Argentinensem cum omnibus suis pertinentiis nulli unquam inperatori, regi, duci aut alicui proli eorundem, omni penitus exclusa  
25 conditione, concedam, committam, infeudabo vel prorsus aliquo titulo alienationis alienabo. sub eodem eciam promisi sacramento, quod nunquam aliquam possessionem vel rem ecclesiasticam, quam presencialiter ad manus teneam vel que nunc ecclesie vacet Argentinensi, sive ad presens violenter ea spolier sive quiete possideam eandem, vendam, infeudabo aut aliquatenus deinceps obligabo, excepta forte  
30 pecunia vel ejus valencia sive estimatione quinquaginta marcarum in summa, quam eciam summam nullo casu sine consensu, consilio ac voluntate plenaria predictorum sub ejusdem juramenti sponsione nec debeo nec excedere possum, sive simul eodem tempore sive diversis particulariter ipsum<sup>a</sup> sim facturus. versa vice capitulum Argentinense simili modo sacramento corporali generaliter prestito promisit et firmavit, quod, si dicto episcopo tempore aliquo necessitas evidens<sup>b</sup> imminet, pro  
35 necessitate sua tunc relevanda super aquirenda pecunia quocunque modo consilium et auxilium fideliter et efficaciter studebit impertiri necnon alia negocia tam sua quam ecclesie diligenter ac bona fide promovebit. item sub ejusdem obligatione juramenti promiserunt R[einhardus] prepositus, B[ertholdus] decanus, F[ridericus] cantor, U[lricus] scolasticus, B[ertholdus]<sup>c</sup> camerarius, H[ermannus] portarius,  
40

a) S ipsam. b) dicto—evidens auf Rasur. c) B auf Rasur.